Et dixit d(eu)s producant aque uolatilia. Non de aquis
maris tantu(m) sed et ex omnib; locis ubi aque erant
inde diuersę habitationis p(ro) diuersitate locor(um) ubi
fuer(un)t creati tam de una materia sun(t) id de aqua spi
ritaliter a(utem) aque producent reptilia id a(n)i(m)ę actuali
uitę adherentes. Uolatilia uero theoricam ge
rentes. animalia in mari id homines in amari
tudine et p(ro)funditate secularitatis nati. per
habundantiam gratię diuinę uiuun(t) in mari
s(an)c(t)ę scripturę. Et dixit d(eu)s educat t(er)ra animam
uiuam secundum genus. quadrupedu(m) et re
ptilium et bestiarum. Nouissime uero conpletis
omnib; operib; consiliu(m) fecit trinitas dicens
Faciamus hominem ad himaginem et similitudi
nem nostram. Quomodo imago uel similitudo
d(e)i intellegitur in homine. Contra scriptura
que dicit homo e(st) animal et corpore. quida(m)
sic intellegun(t) ad similitudine(m) nam id ad filiu(m)
qui discensurus erat in carne n(on) intellegentes
bene discernentes. quia filius n(on) e(st) similitudo
d(e)i sed d(eu)s e(st) ut ille de se dicit Ego et pater unu(m)
sumus. Similitudo uero n(on) e(st) id cui adsimi
latur sed altera res e(st) que similis e(st) in similitudine